



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Fontanellensis Abbatia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

FONTANELLENSIS Abbatia.

Fontanellense monasterium anno 643. ædificare coepit *S. Vuandregisilus*; qui in Virduñensi regione, Nualtchiso patre, ex nobilissima familia natus primum sub Dagoberto, Francorum Rege Comes palatij fuit. Ducta postmodum coniuge, cum eâ virginitatem seruauit: mutuo demum consensu, ipsa sanctimonialis, Vuandregisilus verò factus est clericus. Cumque in monasterijs aliquot pijs sese operibus egregiè exercuisset, Rotomagum venit ad *S. Andoëum* eius urbis Episcopum; à quo Subdiaconus primum, post Diaconus, ac demum sacerdos à beato *Andomaro* Taruanensi Episcopo est ordinatus. Contigit autem postea, *Largiente Erchinoaldo*, qui Dagoberti Regis, filijque eius *Clodonæ*, Maior domus fuit, agrum quandam, ad monasterium extruendum, acciperet, quem *Fontavellam*, ob riuum eo loco fluentem, nuncupabant. Hunc ergò locum Vuandregisilus, cum nepote suo venerabili *Godone*, coepit excolere; multisque fauentibus in signe ibidem monasterium construxit. Ad quod mox tantus factus est concursus, ut monachorum numerus ad trecentos excreuerit.

*Cæptum est autem hoc opus ab anno Domini-
cæ incarnationis sexcentesimo quadragesimo*

643.

C

quinto

quinto, sub die Calendarum Martiarum, Indictione tertia, qui erat annus Clodonei Regis undecimus. Est autem hoc cœnobium situm in territorio Rotomagensi, distans à memorata vrbe millibus ferme decem & octo; porrò à fluuio magno Sequana, spatio passuum circiter octingentorum.

Adiutor verò huius operis, ac cooperato insignis fuit *Vuanningus* vir illustris, qui monasteria varia, in his & *Fiscanum* construxit.

Fiscanum.

Porrò *S. Vuandregisilus*, in Caletani tractus populis, qui id temporis rapaces ac beluina fere vitam agebant, mitigandis, & Christianæ disciplinæ subdendis, admodum laborauit, multaque alia pietatis opera edidit.

Hæc exactis illius, à quodam eius penè æquali conscriptis, atq; à *Surio* editis, excerptissimus.

Apud Suri-
ano. 4.
Induct. 22.

S. Valerici monasterium, apud Caletes, in Gallia.

S *VValericus*, *B. Columbani* Hiberni, qui *Luxouienne* in Burgundia, & *Bobienne* in Italia condidit monasteria, discipulus, *Clotario* Francorum Regi gratissimus existit. Eo adiutante istud ipse monasterium ædificauit, in quo hodieque corpore quiescit.

Plura